

IX.

Manus & brachium deaurato argento obdu-
ctum, basi insitens, in cujus medio scriptum.

Brachium S. MAURITII DUCIS THEBÆORUM,
Circum.

DUX HENRICUS (h. e. Leo) ME FIERI JUSSIT AD
HONOREM DEI.

*Hic Mauritius cum sociis Thebææ legionis sub Maximia-
no pro Christo necatus, gloriosa passione mundum illu-
stravit. Videatur Martyrologium R. ad X. Kal. Octobr.*

X.

Cista quadrata insignis magnitudinis ab El-
berto quodam artificiosissime elaborata. In oper-
culo hujus cistæ & in angulis quatuor laterum le-
guntur hi versus:

Doctrina pleni fidei patres duodeni

Cœlitus afflati, de Christo vaticinati

Hi prædixerunt, quæ post ventura fuerunt.
In ipso operculo & angulis 4. laterum præter 8.
imagines ex historia Christi conspiciuntur icones
multorum Sanctorum Veteris & N. testamenti
cum suis sententiis, & primo quidem

DANIEL cum hac sententiâ:

Cum venerit Sanctus Sanctorum, cessabit unitio.

EZECHIEL cum hac sententiâ:

Beatus est, quem & tu erudieris, Domine.

MEL